

Quinta est, Sanguinem pro Christo, vel proximo profunde-
re. Majorem hac dilectionem nemo habet, ait Christus *Joan.*
15. ut animam suam ponat quis pro amicis suis.
Et *S. Joannes epist. 1. cap. 3.* In hoc cognovimus charitatem
Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos de-
bemus pro fratribus animas ponere.

MEDIA

Media incantantia ad cursum in vita Christiana, ut in ea me-
tam, id est, perfectionem assequaris, suggerit Apostolus.
Primum est, ut scias, & persuadeas tibi, te non esse perfectum,
dicasque cum eodem S. Paulo: Fratres, ego me non
arbitror comprehensisse; qui enim se putat perfectum, quasi
de meta securus, consistit, nec progredi, aut perficere se labo-
rat: qui vero longius se à meta abesse videt, incitatur, ut ad
eam contendat. Hinc quantumcumque profeceris, cogita te
non dum esse perfectum, sed magis indies debere proficere.
Justorum, inquit *Sapiens Prov. 8.* semita quasi lux splendens
procedit, & crevit usque ad perfectum diem.

Secundum medium ad perfectionem est: strenua generosi-
tas, & studium ad proficiendum in virtutibus; si videlicet te
B exercitas strenue, & adigas ad heroica virtutum opera: plus
enim proficies uno Heroico actu, quam viginti communibus,
& ordinariis.

Porro Heroica hæc opera sunt. Primò, heroica sui victo-
ria, æque heroica suarum passionum, atque appetituum re-
fractio.

Secundò, difficultates, & obices, qui virtuti fe obicere so-
lent, heroicè superare, & transgredere.

Tertiò, ad ardua & excelsa conari, moliri que res magnas,
quibus Dei gloria, cum in nobis, tum in aliis, quam maximè
promoveretur.

Ita *S. Bernardus epist. 254. ad Garinum:* Indefessum, inquit,
proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem perfectio
reputatur. Quod si studere perfectioni, est esse perfectum,
perfectio nolle proficere defecere est. Ubi ergo sunt, qui dice-
re solent; Sufficit nobis, nolumus esse meliores, quam patres
nostri? O monache, non vis proficere? Non vis ergo deficere?
Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquit, vivere volo, & ma-
nere quo perveni, nec pejor fieri patior, nec melior cupio.

Maximè verò ad perfectionem incitat fervor, & insatiabile
desiderium proficiendi, & tendendi ad perfectionem, ad
quod insignes stimulos nobis adhibet vetustis quidam auctor
ita scribens: 1. Considerare pudet, quantum sit fervor in sæ-
culo, qua cura singula quæque hominum studia quotidie ad
perfectionem nitantur. Divitiarum amor insatiabilis est, ex-
pleri nescit bonorum cupidus, coelestem habitare res finem si-
ne fine queruntur. Nos coelestes divitias pigra quadam diffi-
mulatione negligimus, & spirituales divitias aut ne attingimus
quidem, aut si leviter degustaverimus, continuo nos pu-
tamus esse satiosos.

Aliter nos divina sapientia ad suas invitat epulas, dicens:
Qui edunt me, adhuc esuriunt, & qui bibunt me, adhuc sit-
tiant: Nullus unquam talibus expletur epulis, nec aliquando
pauit de satietate fastidium. Tanto unusquisque capaxior,
tanto avidior erit, quanto inde plus hauserit. Vult esurire
nos his semper, & sitire justitiam, ut in futuro justitiæ retri-
butione satiæmur. Consideranda vis ipsa verborum est, &
ita nobis desideranda est justitia, ut in fame vel siti cibum de-
sideratur, vel potus.

Et sub fine *Epistolæ 3.* Nihil in hoc proposito otio detri-
tus est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam
parata consumitur.

Sanctæ vitæ ratio processit, gaudet & crevit, cessatione
torpescit, & deficit. Quotidianis, ac recentibus virtutum incre-
mentis mens imitanda est, & vivendi nobis hoc iter non de-
transactio, sed de reliquo metiendum.

Si B. Paulus vas electionis, qui ita Christum indutus erat,
ut diceret: Vivo autem jam non ego, vivit verò in me Chris-
tus; adhuc tamen se extendit, adhuc crevit & proficere: quid
nos facere debemus, quibus optandum est, ut in fine nostro
Pauli principio comparemur? Ergo tu obliviscere omne præ-
teritum, & quotidie inchoare te puta, ne pro præsentis die, quo
debet servire Deo, præteritum imputes.

Optimè quaerita custodias, si semper inquiras. Damnum
parata lætenti, si parare cessaveris.

Senior ille in vitis Patrum rogatus, quid perfectionis stu-
dio agendum esset, respondit, cum imitari debere canes ven-
tarios. Sicut enim illi leporem velocissimè totoque conatu
persequuntur, non respectant, quæ in via sunt, aut offeruntur
non attendunt, sed omnibus oculis, sensibus, & virtibus etiam

per saxa, sentes, & vepres in leporem feruntur, nec quies-
cunt, donec eum ceperint, ita & virtutis studiosum circa E
virtutem facere oportet.

Ita fecit S. Marciarius anachorita, ut narrat *Theodoretus in
Philotheo:* Cum enim in venatore incidisset, rogatusque ef-
fret, quid rerum in tremo solus, & otiosus ageret, vice versa
quæsit. Quid vero tu agis? Cui ille: Ego cervos, & lepo-
res venor, ut vides. Tum Marciarius: Ergo, inquit, Deum
me hic venor, nec ab hæc pulchra venatione cessabo, donec
eum apprehendero.

Tertium medium ad perfectionem est semper ob oculos ha-
bere bravium superne vocationis Dei, id est, palmam, & ut
Syrus vertit, victoriosum præmium supernè in cælis dandum,
ad quod nos vocat Deus.

Lubet addere novem media, quæ Doctòr quidam breviter
suggerit ad eandem perfectionem.

- 1 Ambulare jugiter coram Deo.
- 2 In omnibus tam trifidus quam latis conformare se voluntati Dei, ac dicere: Fiat voluntas tua: sit nomen Domini Benedictum.
- 3 Vis cito esse perfectus, recipe te in fundum animæ tuæ, F ac inibi diligenter scrutare, quid te maximè inhibeat, & dili-
neat, ne purus sis, & liber, ac agilis ad obsequium Dei om-
nemque virtutem: & hunc laqueum, hunc lapidem, qui te de-
tinet, radicibus seca, & in profundum maris demerge: alio-
qui fac quod vis, omnia erunt frustra. Hæc mortificatio dura
est, & viva quadam mors, quæ carnem quasi ab ossibus abra-
dit, sed necessaria, & visu ipso fit facilis.

Natura nostra facilissima est ad fallendum, ac mille angu-
lis, & versutis prædita, in quibus seipsum fovet, ac retinet, quæ
nisi funditus extirpentur, parum proficies: inter hæc maximum
est, quod etiam Sanctos tenet, etiam subinde monachos, vel-
le videri, vel, ut alii ad eos se convertant, ut ipsi deserant,
honorant, &c. hoc planè abnegandum est, ut funditus venias
ad illud Joan. Bapt. no n fun.

Hinc 5. abstrahæ te saltem mente ab omnibus homi-
nibus.

6 Expedi te ab omnibus rebus, quæ si tibi acciderent, af-
fectus adhesionem, & curas nimias, ac sollicitudines adve-
herent, & quibuscumque intro receptis imaginibus mundum, G
& liberum te serva.

7 Animum tuum fige in Deo, quasi in scopis; cætera, ut je-
junia, vigiliæ, pauperatum huc refer, tantumque ex his as-
sume, quantum tibi ad finem hunc utile est.

8 Sic te in omnibus Deo resigna, ut si quis vasto jactetur pe-
lago, ac pallio fideat: talis enim quid agat, nisi ut Deo se to-
tum resignet? sic & tu facito.

9 Disce contemnerè omnia, & contemni ab omnibus, ut
cum D. Paulo has purgamentum mundi, & peripetema om-
nium.

Perfidia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Perfidia, fidei violatio *avrisia*, Perfidus, homo sine fi-
de, *avrisos*, proditor, qui aliud simulat, aliud agit,
improbis, malitiosus *Cicer. 3. offic. Ergo & Pythius*, & om-
nes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, mali-
tiosi sunt. Hebr. *Boghab* verbum, significat, perfidus fuit,
vel factus est, perfidè egit, violavit fœdus, seu pactum, si-
dem fregit, fessellit, decepti, mentitus est. *Boghab*, perfidè
agens, deceptor, mendax. *Bogabim*, perfidè mendaces.
Boghabab, perfidia: *Boghab*, perfidè. *Boghab*, Chald.
Boghab, perfidia: mendacium.

ENORMITAS.

Occultum, & insidiosum malum perfidia, cujus efficacia-
simæ vires sunt mentiri, & fallere; fructus in aliquo admisso
scelere consistit, tum certus cum crudelitate nelatis vincu-
lis circumdedit, tantum incommodi humano generi adhe-
rens, quantum salutis bona fides præstat. *Valer. Max. libro
nono, capitulo...*

Neque Legati audiendi, neque conditiones accipienda sunt
ab iis, qui per dolum atque insidias petita pace, utro bellum
inferunt. *Cæsar. lib. 4. de bello Gall.*

Perfidii longe deteriores sunt vel ipsi manifestis hostibus,
& longe graviore pœna digni. Nam facile est cuivis ab isto-
rum insidiis sibi cavere, & eos hostiliter aggressos quavis repe-
lere potest: sed ab amicis, qui perfidè se gerunt, illi, qui jam
sunt præventi, neque facile sibi cavere, neque eos populatè
possunt, *Dionys. Halicarn. lib. 3.*

Ejus etiam mala agnovit Poeta:
Ovid. 1. Trist. 4. El.
Dum jurat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatæ cuncta sequantur opes.

At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Silius Ital. l. 11.
Stet nulla diu mortalibus usquam
Fortuna turbans fides.

Idem lib. 13.
dubio, qui frangere verum
Gaudebit pacta, ac tenuis spes linquet amici.

Non illi domus, aut conjux, aut vita manebit
Unquam expers luctus; lacrymæque: aget æquore semper
Ac tellure prement: aget ægrum nocte, dieque
Despectu ac violata fides.

Nullum crimen inter mortales gravius Perfidia habetur,
quod semel admittum nunquam aboleri potest, aut religione
ulla expiari dicebat veterum quispiam.

Perpetuam ignominiam notam universis Græcis inussit Cice-
ro pro L. Flacco cum ait: Ego Græcis tribuo literas, concedo
multarum, artium disciplinam, non adimo sermonis lepo-
rem, ingenii acumen, dicendi copiam: verumtamen hoc
dico, testimoniorum religionem, & fidem nunquam ista na-
tio coluit, unde illud est: Da mihi testimonium mutuum?
num Gallorum, num Hispanorum putatur? totum istud Græ-
corum est. Quibus ex verbis colligere possumus multa ani-
mi ornamenta à sola perfidia obscurari.

EJUS EFFECTUS.

Tanta turpitudinis est perfidia, ut virtutes omnes inquinat,
ac obcurat, præclara gesta obruat, animi, corporis, fortu-
næque bona perimat, & nullis quoque meritis unquam miti-
gari, aut expiari possit. Quis præstantior civis Bruto? quis
virtute, moribus, doctrina, genere, dignitate eum antebat?
Aderat etiam quædam honestatis species, ut libertatis vindex
ex majorem suorum imitatione haberi possit: at tamen popu-
lum universum, & complures clarissimos viros in ultionem
Cæsaris contra se armavit. Audi quam sententiam in eum pro-
ferat. *Val. Max. lib. 4. de gra. divi. 49. facti. M. Brutus* sua-
rum virtutum post patriæ parentis partem fuit: uno
C enim factò & illas in profundum præcipitavit, & omnem
fili memoriam inextinguibilem detestationem perdidit. Et quanquam
magnificè ad Ciceronem per epistolam loquitur: & se libera-
torum orbis terrarum appellat, dicitque servitutem, & con-
tumelias patri pejus se odisse malis omnibus aliis, crimen tamen
suum fatetur, cum scripsit in quadam alia epistola, cujus
meminit *Plur. vir doctissimus*, & acerrimus rerum Romanarum
scrutator, bonum virum fuisse Cæsarem, sed majores
suos ita institutos extitisse, ut ne bonos quidem dominos
perterre possent.

Plura docent progressus huius Argumenti tam obvii.
PERFIDI IN GENERE
Qui. videlicet Populi. Nationes.

Apud Parthos nulla ditorum, promissorumque fides, nisi
quantum illis expediat. Sunt enim versipelles, & taciti omnia
sua consilia regunt, atque ad invadendum hostem sunt prom-
pississimi.

Fallaces quoque fuerunt Numidæ, qui per dolum plerum-
que ultro cedebant, ac mox terga verterentes hostem oppri-
mebant.

Sarmatæ perfidia, & dolis semper nitentur, & ad latro-
cinia promptius quam bella intenti, equos suos castrabant, ne
dum in insidiis laterent ab illis proderent, si ex affectu foemi-
narum hincit dominos laterentes manifestarent.

Afri omnes insidi, mendaces, versuti, ac fœdistragi, ut
Ennius loquitur, habitus; unde Hannibal, qui bella, & sediti-
ones duntaxat à teneris tractare dicerat, nullius Dei timore
corripiebatur, dummodo per fas, & nefas hostem su-
peraret.

De Græcis videatur censura Ciceronis supra, sub Enor-
mitatis huius criminis titulo indicata. Item locus de Cre-
tensibus.

Inter Sæctarios maximè perfidi Calvinistæ, ut quibus unum
opus est, Principum suorum jugum excutere, in bonos &
bona grassari, pro libidine perditorum aliquot cuncta agere,
ementia pictatis, pacifice speciet tyrannidem, & scelera
fovere: quod tamen minus mirandum erit, si consideretur
quantum à vera fide Dei absint: unde haud difficile illis, si
erga proximum perfidi existant. Exempla recentia, & ni-
mi obvia præbet Gallia, Germania, Anglia, Belgium: flo-

rentissimæ olim, unoque charitatis vineulo colligatæ Regio-
nes, donec hæc colluvie reserperit nuper fuerunt. Videat *Le-
E* ter, quæ cum in loco de Hereticis, & Hæresis, tum in loco de
Libera Religione dicuntur.

PERFIDIA.

Considerata respectu Obiecti, hoc est Materie, circa quam
exercetur.

PERFIDI ADVERSUS PATRIAM.
Eam Tyrannide opprimendo, Hostibus prodendo, conjurando,
bella civilia fovendo, etc. *Petr. ex loco de PATRIA.*

SUBDITI, CIVES, MILITES PERFIDI
Erga Magistratum, Principes, Duces suos,
in bello, vel extra bellum.

Consule tit. *Pœna perfidie erga principes, Item, Vindi-
Ha nimia erga magistratum.*

NON OBEUDIENDO. INOBEDIENTIA
SUBDITORUM.

Vide Tit. *Pœna inobedientia subditorum, militum.*
Cum tota gens Judæorum fidem suam prejurando obligas-
set regi Herodi, & Cæsari, soli Pharisæi non juraverunt, ex-
cedentes sex millium numerum. Quibus hoc nomine à Rege F
multatis, Pherora Herodis fratris uxori pro eis multam per-
solvit. Cui reponentes gratiam, prædicabant, decerunt esse
Deo, regnum ablatum ab Herode, & ejus progemie, transferre
in ipsam, & maritum Pheroram, ac communes liberos.
Quod posteaquam Regi innotuit, quod aulicorum quosdam
solicitarerit muneribus, atque corrumpere, Pharisæorum
aliquos deprehensos interfecit, præcipuos auctores hujus consi-
lii. *Josephus lib. 17. cap. 3.*

Ludovicus XI. Francorum rex, ut Carolum Burgundum
hostem acerrimum opprimeret, cum Anglo rege indu-
cias fecit, anno Sal. 1475. & Carolo Delphino filiam des-
pondit, Septem post annis populus Gandavensis Maximilianum
Austriam, Imp. postea, ad id adegit, ut despon-
sata filia Margarita Delphino, cum rege transigeret, & quas
terras, & loca rex peteret, ei concederet, plura effecturi, si
posset, ut principis sui opes, potentiamque imminerent
atque debilitarent. Ea annum attingens tertium, in Fran-
ciam adducta. Anglus hoc factò illius, ac vehementer in-
dignatus: Delphinus enim gener illi promissus erat, Mortuo
Ludovico Carolus factus rex, Margarita Maximilianus G
ni filia repudiata, Annam Britannicam hæredem uxorem du-
xit, per legatum Maximiliano rapiens, anno 1489. *Chroni-
con Francorum.*

Alfonso Albuquerque, Lusitanie regis Emmanuelis no-
mine Armuzii regem vegetalem armis fecerat, in arce ibi ex-
truenda non milites tantum suos, sed & nobiles, & duces ipse
exercebat. Qui cum molestissimè ferrent se diutius in eo opere
deineri, animoque urbium, naviumque Arabicis sinus dire-
ptioni intenti, nomine Regis ab Albuquerque contendunt,
ut arcis præfecto, quem vellet, relicto, inde discederet. Pos-
tulatam hoc scribunt, & nominibus obsignant, & obtestan-
tur, ne contra Regis imperium vellet diutius tempus in eo
opere contere, ad quod efficiendum justus non fuerat. Adeo
rat scriba cum postulato, ut fidem scriptis faceret, illum, si
postulata non satisfaceret, officium prodidisse. Is postula-
tum de manibus scribæ cum accepisset, legere noluit, sed sub
lapidem, qui erat in arcis limine, ad eam rem paulò antea ma-
china sublatam, abdidit. Hac contumelia duces offensi ad
Cojeatarum, qui maximum apud Regem Armuzii locum H
obtimebat, adeunt, eumque admonent, Albuquerque nihil
eorum, quæ contra regem Armuzii gesserat, ex Emmanuelis
regis imperio gessisse, sed hominem effrenata mente prædidit,
& præter modum laudis appetentem, ea molitum fuisse, quæ
fortasse non mediocrem essent offensionem animo moderatissi-
mi Regis allatura. Cojeatarum ca occasione usus, Albuquerque
primum suavit, ut classim inde deduceret, cuius metu
mercatores appellere non auderent. Sed spe sua frustratus,
quinque nautas pecunia corrupti, ut Albuquerque delere-
rent, in quibus erant quidam, qui tormenta antea constare scie-
bant. His autem in continentem traductis, iussit omnia, quæ
ad tormenta conficienda pertinerent, largè subministrari, eos-
que victu lautissimo, atque muneribus deliniri. Adeoque bel-
lum tanto silentio, & calliditate comparavit, ut quamvis Al-
buquerque sagax, & callidus esset, id odorari non posset, quoad
Saracenus quidam, nomine Abrahamus, illi rem totam aper-
ruit, atque demonstravit, quosdam Lusitanos duces Cojeataro
causam illius sceleris attulisse. Iussit ergo summa diligentia
mare custodiri, ne quidquam cibi in urbem importari alin-
de liceret, & ad bellum totum conversus Albuquerque, rati-
bus

bus aliquot captis, omnibus iis, qui erant nauta, aut factarii, aures, & nares, atque nianus praecidi: reliquis, praeter aures, atque nares, medium pedem fecari iussit. Eos deinde in terram deduci praecipit, & admonuit, ut Cojcatario dicerent, idem supplicium subituros omnes, qui annum in urbem inferre conarentur. Eo tandem res deducta est, ut cum puteos etiam Albuquerqueis obstruxisset, & famem, & siti necessariam deditionem facere Armuzii cogerentur. Sed in hoc rerum statu res accidit dedecore sempiterno dignissima. Duces enim, quamvis essent & nobilitate, & factis egregii, odio parum iusto sui Imperatoris excecati, cum bellum propere confectum esset, fidei, & infitae nobilitatis obliti, Albuquerqueis, sub quo militabant, repente deseruerunt, & expansis velis in Indiam abierunt. Hi fuerunt Emmanuel Tellius, & Alfonso Lupius Costa, & Antonius Campensis. Cum igitur Albuquerqueis cerneret, se non posse bellum diutius sustinere, discessit inde freuens, & indignandus, quod victoria non hostium virtute, sed furum flagitio de manibus erepta fuisset. *Orosius lib. 6. rer. Em.*

IGNOMINIA AFFICIENDO.
Putat
EDICTA LACERANDO.
Cum Nicomedia in publico proponeretur edictum Diodetiani, & Maximiani Imperatorum, crudele, atque durissimum adversus Christianos, videlicet quo templa solo aquarentur, divinae scripturae comburerentur, qui inter Christianos magistratus, honoresve gereret, is ut cum infamia in ordinem redigeretur, Christianismum qui servi aburrant, libertate donarentur, & alia pleraque humilissimi: Quidam, & ille primus omnium Christianorum extitit, qui tanta severitatis indignatione motus, ausus sit, cum etiam uterque Imperator Nicomediae moraretur, edictum manu accipere, discerpere, & profcindere in minutissimas partes. In eum cum hoc nomine extremo supplicio esset animadversum, reliqui etiam Christiani iure caesum esse pronuntiariunt. *P. Arodis ex Eusebio lib. 7. cap. 5. & Nicephori 17. cap. 5.*

HONOREM NON EXHIBENDO.
Pannonii equites Sigismundo marchioni honorem deferre nolunt. *Vide Tit. Otium gentium inter se.*

IRRIDENDO.
Albertus Brunsvicensis dux, princeps modestus, & animo tranquillus aluit per mansuetudinem quorundam suorum audaciam. Nam Nobiles de Aseberg Ducem non modo contempserunt, sed etiam contumelia affecere in fine eorum, quod clypeis praeferebant, lupus erat, cum interim principes Brunsvici gemebat memoria Henrici Leonis in clypeo praeferebant leones, quos ille ex Anglia exul secum tulerat: in clypeis figurabant leonem, ejus tergori lupus immineret. Dux igitur obsequium diu arcem Aseberg tandem expugnavit: & ejectionis illius de terra, arcem sibi, suisque desumpsit habitandam. *Cranzius lib. 8. Saxoniae cap. 2.*

PROSCINDENDO CONVICTIIS.
Anno Sal. 1516. defendentes Brixiam urbem Germani, & Hispani Milites contra Gallos, & Venetos omnium rerum penuria pressi stipendium procacius, atque arrogantius, quam in obsequio deceret, efflagitare, miseros cives, violentis hostium iuribus praedae loco habere, ducibus atrociam comminari, Caesaremque maledictis, & probriis insectare ceperant. Quinetiam cum Gurcensis Cardinalis ad sustentandam eorum spem, ventura ad certam diem auxilia pluribus literis significasset, neque ea postmodum comparuissent, morioneum asello impostum, imperatoris insignibus, atque aequalis exornatum, lagenas collo suspensas deferentem, per urbem deduxerunt, & pro Caesare, veluti ipsi auxilio supervenisset, fedis acclamationibus salutaverunt. Et per haec ludibria violata maiestate Imperatoria, et si fortitudinis aliqui praecleara contra hostes exempla edidissent, tandem deditionem fecere. Infamiae idecirco habiti, ut etiamnum hodie Germani trito proverbio perfidos milites appellent Brixianos. *Sab. Supplem. l. 6. ex Jovio.*

PERFIDIAM EXERCENDO CONTRA
Magistratus, idque vel
C A E D E.
Zambri dux mediae partis quadragiorum, & Elam Baasae F. dominum suum in convivio interfecit, regnoque occupato per septem dies, in regia seipsum Tertae concremavit, ne in manus hostium incidere. *3. Regum 16.*

Baasa Isacharianus-Nadab Jeroboam F. Gabathone in castris interfecit, & regnum Israelitarum occupavit. *3. E Reg. 15.*

Hazael Benadab Syriae regem, dominum suum agrotantem, strangulo aqua madafacto strangulavit, & regnum occupavit. *Elifae praedicente 4. Reg. 8.*

Boriano dux occiso, cum quidam Barbari interfectores ejus, praemia caedii a Romanis, quorum gratiam captarant, postularent: respondit Scipio, Romanos nequaquam laudare solere infidias populi contra suos duces. *Suidas.*

A. Albinus nobilitate, moribus, honorum omnium consummatione, civis, & dux eximius, propter falsas, & inanes suspiciones in castris ab exercitu lapidibus obrutus fuit, eique oranti, atque obsecranti a militibus causa dicenda potestas negata est. *Val. lib. 6. cap. 8.*

Q Pompejum Sylla collegam, Senatus jussu ad exercitum Cn. Pompei, quem aliquando invita civitate obtinebat, contendere ausum, ambitiosius ducis illecebris corrupti Milites, facere incipientem adorti, in modum hostiae mactaverunt: tantumque scelus curia, castris credere concessa, ininitum habuit. *Val. Max. lib. 9. cap. 7.*

Tullius Cimber primus in conjuratione Brutiana manus C. Jul. Caesari intulit. *Plur. in Caesare.*

Annius Iacutus, cum post Aurelii matrem invitus in Imperatorem electus esset, mense septimo a suis militibus oppressus est. Florianus cum Tacito fratri successisset, mense secundo a militibus suis interfectus est. *Volat. l. 23. Anat. hyp.*

Aurelianus contra Perfas in Orientem proficiscens, itinere, inter Heraclaeum, & Byzantium, notarii secretorum insidiis a suis interfecit. *Papicius.*

Maximus, & Balbinus viri consulares, & qui multas administraverunt provincias, ingenti uterque virtute, interfectis in Africa Gordianis, Imperatores a Senatu lecti sunt. Verum cum annum simul imperassent, a militibus suis a Palatio tracti, omnibus contumelias affecti, in via excarnificati sunt. *Herodianus, & Dexippus.*

A Maximis patre, filioque Augustis, cum omnes alii defecissent, solus Orientis Exercitus, qui in Germania cum ipse erat, in fide perseveravit. Verum cum Maximi ad urbem tenderent, atque in via Aquileam obsederent, tumultuarii cepit, eosque interemit, praeraxaque in hastis eorum capita obfuso populo, & sorte jam de deditione cogitanti ostendit. *Fulgosius lib. 9. cap. 7.*

M. Jul. Philippus cum Junioris Gordiani praefectus esset, cum eo ad Persicum bellum profectus, Misitumque suum loceurum (qui alio nomine Mefocles appellabatur) veneno sustulit: exercitum in loca arida deduxit, navis frumentariae clam misit, & subornavit, qui dicerent, in ea mala esse eductum Junioris Gordiani inscitia. Ab exercitu igitur Gothorum Imperatori aequatus, societate spreta, Gordiano caput adimi iussit: ipsi Senatui scripsit, Gordianum febre correptum interisse: eumque in Deorum numerum retulit. *Fulg. l. 9. c. 6.*

Arbogastes Comes, & magister militum, secundum a Baurone duce locum a Gratiano Augusto consecutus, post eadem ejus a Max mo tyranno factam primas ibi iniussu Valentiniani II. asceverat, ac favore militum, quod rei bellicae gnarus, fortis, & pecunie contemptor esset, magnas opes adeptus, libertatem in Valentinianum immodicam exercebat, ita ut quis ipse non probaret, etiam si recta essent, omnino fieri prohiberet. Nec Valentinianus, licet hoc iniquo animo patiens remedium miri idoneum poterat, quod ille militum benevolentia sepserat: itaque cum in Gallia esse, & Barbaros Italiae imminere audiret, cum illo de traiectione in Italiam adversus barbaros colloquutus, ac voluntati suae reluctantem nactus, iram usque adeo non tenuit, ut educto ensi, illum percarerentis: sed a familiaribus, extorto de manibus gladio, prohibitus, ipsum verbis asperioribus objurgavit. Inquirentem inde, cur tam acerbe sevirer, altatum sibi manus respondit, cum esset Imperator, voluntati obsequi sua non possent: & ut addit Zolimus, cum quodam die angustio in solio assideret, totius oculis adventum aspiciens, libellum, quo ei potestatem abrogabat, porrexerat. Quo lecto, Arbogastes acens, nec potestatem mihi, inquit, dedisti, neque eripies. Hac de causa capitalibus subortus immicis, Arbogastes alium Viennae propere habuit in obsequio. Nam primum obsequis omnibus regis madavit, ac penes ipsam privatum modum redigat, & rei militaris curam Francis satellitibus tradidit, & civitatis officia adversus eum sollicitavit, ita ut pauci reliqui essent, qui

qui familiaris ejus ferroni, aut jusse obtemperare auderent. A. Mox Imperio spe devorato, eunuchos Valentiniani cubicularios, majoris promissione mercedis, atque honoris, in ejus perniciem incitavit. Ita illi ab ipso edocti, cum Valentiniano, aut dormientem, ut quidam scripserunt, aut certe somnum, & inermem, dum ludicum militare intentus est fenestra spectare, nacti, comprehenderunt, ac nemine alio ex militibus aule praesente, illis faucibus, strangularunt: & ne, inquisitione facta, deprehendi possent, velo gulae alligato, quassifecerat morte multastat, sublimem suspende runt. Epiphanius Episcopus Salaminus ipsum in palatio suffocatum inventum esse scribit. Idibus Maii, pridie Pentecostes, ac prostridae sepulturae mandatum, annum tantum vicium natum. Hoc scelere perpetrato, Arbogastes Imperium sibi assequere propter barbariam, impietatemque non ausus, ad alterum transiit. Erat in castris Eugenius quidam, homo paganus, qui ludum primum litterarium habuerat, deinde stipendia in aula meruerat, inde scriba, & questor factus magistri dignitatem ab Imperatore fuerat consequutus. Ad hunc habitus, quem partem consiliarium de nec Valentiniani habuerat, Arbogastes Imperium detulit, Zolimus ipsum aut Arbogaste compulsum, alii vero a Flaviano praefecto

urbis, prosperea omnia eventura ex ariolorum praedictione politico, evehum prodiderunt. *Signonius lib. 9. lisp. occid.*

Dum Majorianus rebus Galliae disponendis intentus abest, Ricimer Saeuus, militum magister, & Severus, ambo Patrii, conspiratione adita, inter se pepigerunt, ut Ricimer Majoriano vitam adimeret, Severus Imperii fastidium usurparet. Interim Majorianus, ne otiosus in Gallia vereretur, Alanos inde pellere, ut qui infirmioribus opibus essent, quam aux Burgundiones, aut Franci, contendit. Cujus impetum cum illi sustinere non possent, Isalam fe evertere, eamque vastare velle ostenderunt: atque ita illum ex Gallia ad tuendam redire Italiam coegerunt. Ea res Ricimeri deflinat facinorosus perpetrando occasionem aperuit. Cum enim Majorianus Dextinoniam oppidum pervenisset, Ricimer sine ultero profectus, sive ab illo accesserit, cum exercitu propius accessit, nihil aduersi suspicantem per dispositos satellites comprehendit, atque Imperio abdicare coactum protinus ad fluvium Hyram occidit. Quo factu resp. ingens sanè vulnus accepit, nam si vita suppeditasset, nemo dubitavit, quin ille consilio, ac viribus suis Occidentales provincias fuisset recepturus, ac vastam barbarorum audaciam compressurus. *Signonius lib. 4. lisp. occid.*

Jaromirius Boemorum Princeps, Boleslai III. F. patri similis, venationi multum indulgebat, venatoreque suum C Horvaram (Ovaram vocat Bonhium) vel feris actionibus intervenire patiebatur, dummodo nuncium afferret, lautam adesse venationem. Hunc igitur Verfovicenfis, principibus Boemis semper infestis, ad se familiariter invitavit, magnamque ei sylvis cervorum, & aprorum copiam ostendit, non dubitans, quin rex Horvora cognita, princeps statim eo esset properaturus. Cochanus Verfovicenfis (Tocharus Bonfio) clam a Polonorum rege Boleslao invitatus (qui Boleslam Jaromiri patrem Polonis excaecandum tradiderat) deductus officium sumens, Principem a turba in sylvam adducit, eoque deturbat, vinctum ad quercum deligat feminudum, ipseque primus in illum sagittam dirigat, mox item alii: cum ecce Horvora improvvisus adest, & principem per insidias interfectum esse clamantem, ad comprehendendos insidiatores, excitat fuos. Tredecim capti, sum securi percussis, Jaromirius multis telis confusus, ac pro mortuo a toctoribus relictus, incolum reperitus est. Cochanus scelus caput in Poloniam transfugiens, caesum Jaromirium nunciat, Udalicum unicum haeredem regni per legatos in aula Henrici II. Imp. in vincula conici curat. Poloni interea Pragam proditione occupant. Sed Udalicus vinculis elapsus, quidem Cochani opera, minor quam sperat proditionis praemia a Polonibus dari sperans Pragam recipit: Jaromirium fratrem ut solus regnaret ejusdem consilio excaecat, sed mox puniticia ductus in Regni societatem accipit. Mortuo Udalrico Brenislao F. succedit. Cui cum Jaromirius sponte totum Regnum tradidisset, & ad Verfovicentium proditionem puniendam extimulasset, Cochanus furens, exploratum habens locum in quem quotidie ad requiescenda natura Jaromirius secederet, & speculatore in insidiis collocat, qui per obscura conspiciendos adigeret. Latuit auctor caedis tantisper, dum speculatoris precio fraudarum promissio, illum tandem impunitate concessa proderet, minaque Cochani indicaret, quibus Brenislao quoque perniciem minabatur. Ille Cochanus

no convicto nares amputari, oculos erui, umbilicum praecidi, omnia intestina extrahi, mergique aliquoties, non tantum submergi, postremo iussit decollari. *Dubravius lib. 6. l. 7.*

Invaluerat apud Adriatici litoris incolae, Heracliae Mathe-mauique insularum mos pessimus, ut ipsos principes tantquam nimis violentos principatu extruderent. Nec hoc facinore contenti, jam unum ex histrucidaverant, duos reliquos oculis privarant: cum suffecto illis Dominico Manegario, duobus tribunis additis, qui illi perpetuo assisterent, eum quinto etiam post anno excaecarunt. Ut mirum propere ac incredibile dictu sit, superfuisset homines, qui talem dignitatem appeterent. *Egnatius lib. 9. c. 7.*

Veronenses Berengario regi insidias struebant per Flambertum, cui rex filium a sacro baptismatis lavacro levarat, ipsumque honoribus exexerat, cui facilis erat ad regem aditus. Berengarius certior factus de insidiis, Flambertum advocat, beneficia ei exprobrat, & cur suae via infidietur, quirit. Quinetiam ut hominem majori devinceret amore, generosum vinum aureo poculo jubet infundi: Bibe, inquit, amorem, & dilue rancorem, ac aureum illud poculum ob nostri amorem tibi, & tuis reserva. At Flambertus accepto precio traditionis, magis astat innocentem tollere regem. *F. Constueverat rex ad galli cantum plerumque furgere, & templa adire, ac laudes Deo dicere. Flambertus acceptis sceleris sociis, dum in quodam amoenissimo tuguriolo juxta Ecclesiam maneret, noctu euntem ad templum bonum regem capit, ac a tergo thomphaea occidit: cujus sanguis lapidi insperatus, nullo liquore multis post annis potuit abstergi. Nilo fortissimus juvenis, a rege multis annis educatus, noctis excubias agens, audiens eadem factam, capto Flamberto proditore, ac foecis, dominum suum ulturus, omnes laqueo suspendit. *Cuspin. A. D.**

Nicolaus Jacobi, Danis Negels Jepsen dictus, cum Gerardo Magnus Comes Holstiae sibi a Danorum rege Christophoro ablata ditionem recuperaret, fidem Gerardo dedit: interea tamen seu invidia, seu studio patriae liberandae noctu in oppido Randershufen in lecto securum interfecit. Ab Henrico, & Nicolao Girardi FF. in arce Sealdinburg captus, in quatuor dissectus partes, totidem rotis impositus est. *Cranzius lib. 9. Saxoniae, c. 13.*

In oppido Vandaliae Tanclem, quod Bugsiao duci de Volgasto parebat, Lanii, & pistores, eo quod peregrini invehent in commodum civium carnes, & panes, cum id impedire non possent, observato die, quo omnes fenatores ad consilium evocati confederant, effactis foribus irrulerunt, omnesque ad unum trucidarunt. Aberat unus, qui proximo die nuptiis peractis duxerat uxorem. Hunc in itinere obvium, sociis conjunxerunt. Bugsiaus princeps, accepta pecunia aliquanta, sanguinarium eorum Senatum confirmavit. *Cranzius lib. 9. Vandal. cap. 16.*

Alincrius, & Rainbaldus Tarvisini, cum Rizardi Camini principis sui uxori, atque filiae vim attulissent, unum ex Rizardi militibus impulerunt, ut eum occiderent. Quem cum miles praesentibus Alincrio, atque Rainbaldo lethali vulnere confodisset: ambo, ceu Rizaldo fidem praestare optam vellent, arreptis armis, statim militem obruncarunt, ne res detegeretur, & ut qua mercede dignus miles, cum dominum suum occidisset, pro pacto praemio afficeretur. *Fulg. lib. 7. c. 3.*

INSIDIIS, CONJURATIONE.
Timochares Ambracienfis Pyrrhum regem, a cuius poculo filii illius erant, veneno fe necaturum Romanis promissit. *Vide Tit. Fidei bellicae orga. hostes.*

Apud Constantium accusatus fuerat Amphilotius tribunus, quod in consuetudine conspirasset. Accusatoribus autem responderat Constantius, non molesti ei essent, posteaquam res non constabat, sed sinnerent ut conscientia sua tribunum tota aperta vituros esse. Postero igitur die cum ludos spectaret, & praerantia inter spectantes motus fieret, suggestus, in quo e regione Constantii tribunus erat, ad terram proruit: laqueo leviter, qui in eo erant, solus tribunus in ea ruina petiisse inventus est. *Fulg. lib. 1. cap. 6.*

Selico patricius, qui Honorii Augusti copiarum dux erat, atque ejusdem foer, ac fororis vir, praeterea quoque Honorii ex patris testamento scriptus tutor, ut Eucherium filium in Imperio constitueret, cum Gothos vincere, & ab imperio ingentia sepe mala possit avertere, occasiones eas, cum hostibus sentiens, omisit: cuius perfidiam cum Romanus exercitus

tus deprehendisset, cum interemir. *Fulgos. lib. 9. cap. 6.*
A Ludovicus III. Imp. Barium Apulie oppidum evertit: Saracenum dux Scodanus, quem ille dimiserat, Adelgifu principis Beneventani ditionis civitates sollicitavit, atque accito domo exercitu ad se traxit. Ludovicus Beneventum imprimis, totius defectionis caput petebat. Adelgifu obviam lato vultu progressus, ab omnibus se rebellium populorum consiliis separavit, atque ut semper alias, sic nunc paratum esse ad omnia, qua imperaret, faciendū ostendit. Quibus verbis Ludovicus inductus, ac magnificenti pratorū numeribus delinitus, facile ignovit, & Capuam petit. Capuani ad extremam rerum omnium inopiam, ac necessitatem adducti, Episcopo assumpto corpore S. Germani in humeros sustulerunt, ac patefactis portis supplices in castra ad Ludovicum perrexerunt. Placidi, mitique ingenii Imperator statim veniam se dare respondit, atque ita Saraceno expulso, prædicioque in omnibus receptis oppidis firmo relicto, Beneventum se retulit, ac milites in activa dimisit. Exercitus interim patrii soli revivendi studio flagrare, domumque post tot tantoque labores exanillatos spectare, Idubi Adelgifu animadvertit, Ludovicum conveniens simulatè hortatur, ut exercitui gratiam revivenda aliquando patriæ faciat, ac ditionem suam prægravatam militum multitudine levet, cum nulla belli materia ipsius sit virtute, ac felicitate relicta. Quo probato, ille exercitum maxima ex parte dimisit, atque ipse cum paucis nihil mali suspiciens restitit. Adelgifu, ubi Ludovicum propius orbatur viribus finit, constituto die fatelles adhibuit scelerati consilii sui participes, atque agmine facto in ædes, in quibus ille meridiaribus, irrumpere institit. Ludovicus strepitu armatorum audito, ex lecto repente desiluit, atque arreptis armis cum paucis, qui aderant sui custodibus, ad officium domus occurrit, aditusque intercluso hostem à liminibus arcuit. Adelgifu ubi vidit eum se penetrare sine suorum eade non posse, fatescens fugit adduci, atque adibus ignem subicit. Hoc cognito, Ludovicus exterius inducias sibi dari pacemque poposcit: cui respondit Adelgifu, nihil æqui se concedere posse, nisi iurejurando promitteret: se nunquam in posterum Beneventi fines intraturum, neque huius injuriæ vindictam aliquam exacturum. Ita Ludovicus præsentis necessitate adductus, Pulsis inde tota Campania Saracenis, cum iniquo adversus unum Adelgifu, atque exulcerato animo effecto, Romam sibi repetendam, & Joannem IX. Pp. super ea re consulendum putavit. Is congregatis patribus, Adelgifum, qui se hostem, ac perfidum animo adversus Imperatorem gessisset, quo se obstrinxerat, divina auctoritate absolvit. Hoc decreto Ludovicus bellum majoribus opibus instauravit, verum, ne perjuris exitiumaretur reginam summæ rerum præfecit, eamque se hostem iudicatum, atque universis peti viribus intelligeret: tantam se tempestatem sustinere posse diffusus, spem salutis in fuga posuit, atque in Corsicam insulam sese addidit. *Signonius lib. 5. regni Ital.*

Moris erat veteris, ut Imperatori Germano in Italiam trajectum, aut ex Italia abeuntē, Veronenses pontem in Atheis, quo commodius, ac facilius traduceret exercitum, commarent. Tanto vero odio adversus Fridericum I. Imp. ardebant, quem de iure suo nihil concessurum esse cernebant, ut eo post susceptam Romæ coronam ann. 1150. reverteant, non solum fraudem in ponte construendo commiserint, quo ipsum cum exercitu perderent, sed ubi dolum non fuisse, infidiam eidem nonnulli in faucibus Alpium, coacta militum manu parant. Quibus ille civitatis ac fontibus severo supplicio affectis, in Germaniam evasit incoleum. Ad Idus inde Octobris, cum Ratipona conventum ageret, Episcopus Veronenis cum conventu, atque ipse nomine civitatis rogavit, ut Veronenis in gratiam reciperet: nam scelus illud paucorum hominum fuisse, ac civitatem ipsam omni crimine procul vacare. Quare audita illis pecunia, & sacramento accepto ignovit. *Signon. lib. 12. regni Ital.*

Circa an. Sal. 1285, Mechanici quatuor, succini tornator, pelliam variatum opifex, Joannes Calefeld pistior, cum collega, initium magne computationis in fenatris, & primorum capitia Lubice fecerunt. & gubernacula apprehendere constituerunt. Foris inter Hollarios Detlevus Gudendorp collecta manu equitum, ad constitutam diem irrupturus erat die sab-

bathi, D. Lambertus martyris sacra. *Quidam ex militibus vir cordatus, proximo ante constitutum diem vespere latatus proconfulis Joannis Persevalens domum equo petiit, vocat: & Ante omnia, inquit, parentem adefse vellem tuum: sed quoniam ille abest, tu suscipe, quæ dico: asserit mihi potus (quia concivus veni per viam) ut bibam. Alato vitro, guttavit: tum clara voce: Tibi, inquit vitro, nulli mortalium dico, nisi cautè prospectum sit, cras ante meridiem hæc urbs sepulchrum erit civium suorum, consularium, & primariorum omnium: adeo omnia intus, & foris sciant conditionibus. Et mox in parietem vitro illis concitavit. Proconfulis filius sine mora petit prætorium, quid audiverit, exponit. Obstupescere omnes: statuerunt per vigilem agere noctem. Joannes Calefeld strepitu equitum expergefactus, ubi subultrū luna vider consulares equites in armis, & familiam ejus ordinis, confertatus ait: Preciosa Christi sanguis, diu nimitum dormivimus. Captus tornator, seclus factus, & in carcere prope dejectus perit. Reliqui tres in quatuor partes disiecti, in rotas, conjurati gladio caesi. Ea de causa diem Lambertus sacrum, inter festos deinceps habuere. *Crantz. lib. 9. Vand. c. 14.**

Carolus IV. Imp. constituit Italia rebus discesum parans. F. dimissis auxiliariis copiis magnis precibus à Francisco Gambacurta, ex familia Pisanorum nobilissima, rogatur, ut Pisas ad diverticulum sibi notum, & nuper haud ingratum diceretur. Nihil mali suspiciens, Pisas remeat, & in domo Prætorii publico hospitio accipitur. Conjurati primo ingenium multa nocte Prætorio subdiderrunt, cuius magnitudinem propè fuit, ut Castrum cum Anna conjuge exurgeret, nisi regiæ custodia fatellites, ambos penè feminatos subductos, in alium securiorum locum deduxissent. Facta luce cum armatis in forum descendunt, & ad popularem tumultum concitandum exclamant, Castrum non ut hospitium, sed ut manifestum incendiarium urbem fuisse, ut illam Florentinis hostibus traderet, si ipsi tempus tradendi illum non acceperint. Discessus ponte fluminis hospitiis Boemi, & Moravi, qui cum Cesare venerant, tenentur, etque res longè maximam dimiticiorum attulit, dum Pisani transfugum pontis Boemis prohibere, & illi vicium illum vi superare conantur, ut Domino, & Regio suo, obfidione in hospitio Joannis Episcopi Olomuensis (quo Ernestus quoque Archiepiscopus confugerat) laborant, succurrant. Pro Pisanis multum erat, fed incompositum, & inordinata. Ad Boemis quantum de numero detrahebatur, tantum animi virtus, nobilitasque, & usus militiae supplebat (major enim illorum pars ex proceribus, & equestri ordine constabat) equestri denique procella victoria parta est. Pisanorum multo sanguine equi utraque pontis parte cadentium, antequam Franciscus caperetur, & us capto, cæteri per tecta, & templa diffiperunt, vetante Cesare dissipatos insequi, sed confestim Francisco torqueri iusto, ut conficis ederet, atque auctores tanti sceleris proderet. Auctores Florentinos nominavit, ac fatūs multos conficis. Sed de sex tantum Gambacurtis supplicium sumptum, reliquis vita condonata pro auro præsentis, ex quo militibus donativum distribuit. *Dubravus lib. 22.*

PRODIGIONE.

Eumenes Cardianus in Gabenorum regionem cum Antigono signa erat collaturus. Eius virtutis cum Antigones, & Teutamus Argyraspidum præfeti invident, quod ejus gloria suam obcurati vident: de eo post prælium tollendo consilium inierunt. Erant Argyraspidi veteratorum Philippo, & Alexandri provectissimi ætate, fide bellorum victi athletæ: quæ id temporis nusquam tiuebant, multi annos nati septuaginta, nemo fælix minor. Unde in cursu acclamaverunt ad milites Antigoni: In parentes scelere peccatis, atque ardentis impresseione facta palangem proflaverunt totam: quod nemo subfiteretur, fed maxima pars fuerit concisa. Ea parte Antigonus iustus, fugatusque est. Equitatu fuit superior, & omnibus impedimentis est potius. Perpetrat prælio misit ad eum legatos Teutamus ad impedimenta repetenda. Cum Antigonus & illa ostenderet se Argyraspidibus restitutum, & cætera habiturum eos benigne, si traderetur sibi Eumenes: consilium Argyraspides abominandum inierunt vivi ejus hostibus dedendi. Ac primum nihil suspicantem ex propinquo aservaverunt, partim amia lamentantes impedimenta: alii hortantes, ut tanquam victor dono animo esset, alii cæteros duces incautas: mox impetu in illum facto eruperunt ei emens, & zona manus post tergum illigaverunt, eumque Nicanori tradiderunt. *Plut. in eum.*

Vopifcus, Victor, & Eutropius, Aurelianus Imp. in Thracia interisse memorant Menesthei notarii sui fraude, qui ad quoddam militaris amicos ejus, nomina eorum annotata perculit, falso manum illum imitatus, perinde atque Aurelianus eos interficere conatus esset. Fraude detecta, Menestheus in stipitem ligatus, bestis obducit. Aureliano templum, sepulchrum, & statua marmoreæ posite sunt, & inter Deos reatus est, cum imperatæ annis sex, minus paucis diebus *Cassianiani A. D.*

Extra pervertit quidam liber de vita, & rebus gestis Gruffini filii Conani, Venedotiarum principis, Britannicè scriptus, in quo memoria proditum est, Marianum quendam cognomine Ruffum prædicti principis famulum, dominum suum Hugoni Ceshensi Comiti, sub specie colloqui cujusdam apud Ruc habendi, prodidisse. In quem locum cum princeps paucis stipatus venisset, & nihil late suspicaretur, statim capus est, & Cestriam missus, atque in carcerem conjectus. Ubi cum multis annis Gruffinus in vinculis detineretur, prædictus comes in Monam insulam ingentem per mare conduxit exercitum, eamque regionem (ferro, & flamma cuncta devastando) sibi subjugavit: in qua, ut eam facilius postea retineret, duo castra constituit: unum scilicet in insula prædicta, & aliud in Arvonis, eamque prædianis militibus, & rebus omnibus necessariis firmavit. Accidit autem longo intervallo post, ut Valensis quidam nomine Cynuricus Hic, qui antea principi fervierat, eumque probè noverat, necessariorum parandorum causa Cestriam proficerecetur: qui cum omnia, quorum causa venerat, parasset, jamque domum redire cogitare: forte fortuna Gruffinum principem suum ferrea catena constrictum conspicit, eumque adit, quem sub eorum tempore (custodibus cibo intendebat) cum in humeros suos extulisset, nemine prohibente, secum asportavit. Princeps itaque e carcere liberatus, collectis viribus ad quem omnes undique concurrunt) suas possessiones haud difficulter recuperavit. Postea tamen Comes acito sibi in auxilium Hugone Salopenie, in Monam iterum exercitum ducit, sed frustra: nam cum Salopenie comes cæsus esset, Cestrensis ejus infortunio terrore percussus, cum ignominia domum revertitur. *David Poffelius in lib. 2. cap. 7. Iriner. Cambrie Syst. Giraldi.*

C Germani prædianis milites arcis Budæ erga Nadastrum ducenti fimo perdidit. *¶ Vide Tit. Perfidia erga magistratum pena.*

IMPERII INVASIONE, ÆMULATIONE.

Patizthes magus, à Cambyse rege curator rei domesticæ in Perfide relictus, cum ipse in Ægyptum expeditionem pararet, cum fratre suo Smerde contra Cambysem rebellavit. Simulabant enim Smerdem Cyri F. esse, à Cambyse fratre interfici iustum, fed servatum, cui facie similis erat. *Herod. lib. 3.*

Amasis servus Aprii, Ægyptiorum regis, à rebelligibus rex creatus, Aprium vicit, & illius strangulandi potestatem populo infans in urbe Sai dedit. *Herod. lib. 2.*

Orestes genere Gothus, ac Gothicorum auxiliiorum in Italia Comes, magnam ob multas res benè gestas in re militari auctoritatem adeptus, novis Patriciis, & magistris militum insignibus auctus à Julio Nepote Imp. adversus Enricum Gothorum regem, ne tota ab eo Gallia pelleretur, est destinatus. Ille vero contra Nepotis imbecillitatem, ac potestatem suam extraordinariam conspicatus, eodem, quo cæteri barbari, perfidia morbo cepit agitari, eademque Imperii occupandi libidine confidit. Itaque Gothos, qui præsidio Italiae erant, tertia agrorum parte promissa illectos, ad omnia secum audenda incendit: & cum iis Roma profectus, se in Galliam adversus Gothos contendere simulavit. Postquam autem Ravennam pervenit, urbem officii causa ingressus, Nepotem ipsum incautum eiecit: ac paucis post diebus, filium suum Romulum Momylium adhuc puerum, Imperatorem, exercitum fustragante, levavit. Nepos autem non minus consilii, quam auxilii inops, spe imperii retinendi, ac recuperandi profusus abjecta Salonam in Dalmatiam se recepit, ubi Glycerus nuper Imperator Episcopatum administrabat. Ita augusta Imperii dignitas, dum ruit ad interitum, antequam efferretur, per doctum, atque infidias ad barbari ditionem, potestatemque pervenit, credo, ut ex summissiore loco præcipitata, minore cum doloris, atque acerbicatis sensu periret. *Signon. lib. Imp. occid.*

Eduardus III. rex Angliæ, prætere carentis, procerum consilio Vvilihelmum Normannum sibi designavit, ut successorem: mitens Robertum Cantuariorum Archiepiscopum, qui fidem *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.*

duci faceret: Haraldum quoque submisit ex comitibus suis, honore, opibus, prudentia præstantem. Qui vi freti dejectus in Pontinam, incidit in manus Guidonis, comitis Abbativillæ, urbis Picardiae. Vvilihelmus dux precibus primum, deinde minis illum de manibus ejus eripuit. Haraldus sacramentum Vvilihelmo præstitit aservandi regni. Eo in Angliam reverso, rex Edouardus anno Christi 1065. fata complevit: Haraldus immemor sacramenti, Regnum invasit. Montibus Vvilihelmo ut fidem impleret. In omnibus, inquit, possum præterquam in Regno. Vvilihelmus quidquid potuit undique militum contraxit, armavit validissimam classem, equis, armis, militibusque impositis. Tria feruntur navium milia ad S. Vualaticum, & vicinis locis stetit in ancoris. Aspirante vento navigavit: & peninsulam apprehendens, ibi ad classis custodiam erexit præsidium: & in ordinem rebus digestis, quadrato agmine Angliam invasit. Audiens ab exploratoribus, magna manu Haraldum obviam venire: per noctem suos jubet in armis quiescere, ut cum fessis ab itinere hostibus pugnarent. Manè primo venire sub aspectum murum, ad tertiam diei horam præliari ceptum. Pertinax utrimque pugna: sed major fortuna ducis. Haraldus fortissimè pugnans, advesperante jam die, cecidit: Angli fugiunt sine discrimine. Dux victor jubet receptum canere, refoecillatos milites permittit quieti. Postera luce Londinum regiam civitatem invadit, eaque in dedicationem accepta, Rex consecratur. *Crantz. lib. 3. Norvegie cap. 31.*

Theodatus Mathematicus, concordiam omnium ordinum confensus, dux Venetorum apud Metamanum dictus, tredecim annos cum innocenter in primis imperasset, dum Brundulum oppidum munire summopere studet, à Gallia circumventus, viro primarii nominis, ca tempestate principatu extruditur, utroque lumine ab eodem capus. *Egnatius lib. 9. cap. 7.*

Rodolfus Comes Reinfdensis, qui Mathildem filiam Henrici III. forem Henrici IV. uxorem duxit, & ejusdem liberalitate ducatum Sueviæ obtinuit, Henrico IV. anathematis fulmine à Gregorio VII. percussus, à quibusdam Principibus rex creatus, contra Henricum bella gessit. Tandem in prælio abscissa dextra, delatus Marcinopolim, quæ vulgò Merckburga dicitur, Episcopis, ac magnatibus astantibus, truncum magna abscissa ostendens: Hac fidem Domino meo dedi, ac turpiter violavi: condignam itaque accipio perjurii mercedem. Ecce in quod me, vestra monita sequentem, collocaſtis foelium. Nec multo post mortem oppetit. *Abbas Ospergensis anno 1080. Helmodus in hist. Sclavorum cap. 29. Crantzus in Metropoli lib. 4. cap. 16. Bonifacius lib. 3. Dec. 1.*

EXCLUSIONE.

Ferdinandus II. Aragonius Neapolitanus rex, ab Carolo IX. Galliarum rege, Neapoli profugere coactus, receptis in arcem Neapolitanam Germanis, custodiaque Alfonso Davalo demandata, in Anariam insulam cum viginti tribus remibus advnavigavit. Ubi illa eadem fortuna, quæ regno, avitique laboribus excedentem infensa persequabatur, etiam tum veluti supremo in casu reliquæ ejus dignitatis impotenter illudit, cum Justus Isclæ arcis custos, eodem qui nuper omnes ferme Aragoniorum clientes invalerat, perfidia furore agitatus, descendentem in terram fores occlusisset. Ferunt eum insperata Justipertidia consternatum, & coniectis in cælum oculis querentem, quod sibi immerenti à Deo spes omnis salutis eriperetur, dematuranda in Siciliam fuga cogitasse: verum portæ arcis cum paucis successisse, tantumque valuisse orando, ac sua, Aragoniarum domus in eum beneficia commemorando: ut Justus ea conditione, uti rex solus ingrederetur, eum receperit. Tum verò Ferdinandum ea confidentia, eoque vultu, ac vigore animi, distracto gladio in custodem impetum fecisse, ut Justo satellites, qui armati in statione aderant, ipso comminantis, ac imperantis regis aspectu perterriti, regis dubiarum eventuum expectantibus, exemplo portam aperuerint. Quo eum manifestè apparuit regium oculis in omni fortuna quandam supra humanam inestivi: proditoribus autem degeneres esse animos, præstertim cum in ipsa perfidia deprehendantur. *Jovius lib. 2. Hist.*

EJECTIONE, EXPULSIONE.

Joannes Benedictus de Salestada, Archiepiscopus Upsalensis, Carolum Canutum regno Sueviæ ob avaritiam præfectorum expulserat, & Christiernum Danum magna audacia regem crearat. At cum Christiernus videret maximam regni partem Carolo reditum expectare, Joannem Archiepiscopum ad concilian-

fua perdidit . Deinde postulant, ut sui ratio haberetur, cum possent in locum meliorem restitui, responsum est ab oraculo:

Nitros in videri dicitur, ut ratio haberetur, cum possent in locum meliorem restitui, responsum est ab oraculo: *id est, Dimidium quam sit toto praestantius, istud Haud novit stultus*

Erasmus in proverbibus, ex Suida.

Demosthenes orator accepto a patre, qui eo septimum aetatis annuagentem deceffit, lauto patrimonio (taxatum fuit enim universum quindecim fere talentis) damno affectus a Tutoribus est: qui id partim averterunt, partim negligenter curaverunt, ut praeceptores ejus etiam fraudarent mercede. Quod quidem fuit in causa, ut honestarum, & ingenuarum artium fuisse videatur rudis, simul quia ob imbecillitatem corporis, & teneritudinem abstinere eum a laboribus mater, neque urgentem pedagogi. *Plut. in Demosthene.*

PUPILLI ERGA TUTORES PERFIDI.

Cum Lucumone Aruntis, clari apud Hetruscis viri, apud quem a puero educatus fuerat uxorem clam corrupisset, & propalam per vim abstulisset, vir jure poenas persecutus, postquam frequentia amicorum, magnitudine pecuniae, sumptibus superatus fuit a Lucumone, ex patria profugit, atque ad Gallos, de quorum viribus audiverat, contulit se, illisque se in Italiam expeditionis ducem praestitit. *Plut. in Camillo.*

Augustus Triumphator. Toranium proscripti, qui patri ejus in adilitate collega, & ipsi pupillo optimus tutor fuerat. *Fulgens lib. 5. cap. 3.*

Amuratus Turcarum Imperator abdicato regno, Mahumeto secundo filio illud commisit, tutorem ei dans Calibassam bellicis rebus exercitissimum virum. Verum cum Johannes Hunniades de improvviso collecto exercitu, Turcarum fines infestaret, Calibassa Amuratis & monasterio evocandi auditor fuit, ne Turcarum res destituta capite periclitarentur. Qui Hunniadem ad Basiliam cruento praelio viciit. Rem inde potius Mahumeto, captiva Constantinopoli, Calibassa, tanquam Constantino Imperatori Turcarum consilia prodidisset, per miseris cruciatu vitam eripuit. Ingentes, quas cumulaverat opes, exilio ei fuisse traduntur, & quod Amuratus ex privata vita revocasset ad regnum. *St. Sylvius cap. 8.*

PERFIDI ERGA QUOSVIS, POLITICA inter se, & quidem aequali necessitudine junctos. Uptua.

ERGA POPULARES CIVES.

Cautum erat lege Moisaica, ne quis Judaeorum ullo sanguine suo uteretur servo, sed ad statutum tempus manumitteret. Itaque sub Sedecia rege ejusmodi manumissio multis anais intermissa, revocata fuit, & omnes servi libertate donati. At non multo post, Dominus, quos servos, & ancillas manumiserat, eosdem rursus servituti subiecerunt. Qua re offensus Dominus, per Hieremiam Prophetam extrema illis minatus est, & Babylonicam captivitatem. *Jeremie 44.*

ERGA COLLEGAS, REGNI socios. COLLEGA perfidi.

NON OBEEDIENDO.

Josephus Zachariae filius, & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilaeam contra Ptolemaiden, Juda vero, & Jonatha fratre & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Jamniam venerunt. Ubi armis excepti a Gorgia ejus loci praeside, amiserunt ad duo milia militum: nec prius destituerunt fugere quam in Judaea finibus. Haec autem elades merito illis accidit, ob contemptum Judae mandatum, qui interdixerat, ne se absente manus cum hoste confererent: neque enim illi ex ea progenie erant, per quam Dominus populum suum liberare volebat. *Joseph. lib. 12. cap. 12. ex 1 Mach. 5.*

Q. Fabius Maximus Dictator, qui Annibalem in Apulia cunctando observabat, in agro Latinati, Reipublicae causa Romam accesserit, cum celeriter sibi proficiscendum esset, M. Minutius magistro equitum denunciavit, ut sese loco teneat, neve absente se cum hoste manus confereret. Sed accidit post discessum ejus, ut M. Minutius praceptorum immemor, hostium manum adiret, frumentatum ab Annibale missam, palanteque per agros cum multa caede in castra conficeret. Exemplo hujus rei fama Romam perlata, audaque tutoribus, veluti adepta victoriae nomen obtinuit, ac ita

multitudinis implevit aures, ut repente se, ex magistro equitum, quod ante id tempus contigit nunquam, cum Fabio E Dictatore aequatum imperium. Hanc injuriam sibi indigno illatam magno animo ferens Fabius in castra revertitur. Jam duo Dictatores uno tempore erant, res ante eam diem inaudita, divisivae inter se copias, sicuti Consulibus mos fuit, pari imperio exercitibus praerant. At M. Minutius ex rebus tantam sibi arrogantiam sumperat, ut quod vix Annibal-ties victor auderet, ausus sit quaedam die inconstituta collega certamen inire, ac in eum locum copias suas perducere, ubi Punicis infidus circumventus, ad arbitrium hostium cadebantur, nec ullam evadendi viam habebant, nisi Fabius publicae salutis magis, quam acceptae injuriae memoret, in tempore subvenisset. Nam recentibus copiis certamini super-veniens, haud dubie terruit Penum, & facultatem leg-ionibus Romanis dedit, ut sese in locum tutum reciperent. Maximam hinc virtutis, & prudentiae famam cum apud suos, tum apud hostes est Fabius consequutus. Nam & Anniba-lem in castra redeuntem dixisse tradunt, eo praelio a se M. Minutium, se autem a Fabio esse superatum. E ipse M. Minutius cognita prudentia viri, juxta Hesioidi sententiam, meli-ori parcendum ratus, cum omnibus copiis in castra Fabii venit, magistratueque depositio, honorificentissimis ver- bis patrem Fabium salutavit, longaque se fuit cunctis mili- bus latissimus dies. *Audior vita Annibalis, & Plut. in Fabio.*

C. E. D. E.

Aratus Sicyonus Achaorum praelio, veteri consilio incumbens, & iniquo animo ferens viciniam ipsi Argivorum tyrannidem, egit per nuncios cum Aristomacho tyranno, ut conferret, & adjungeret eum civitatem Achaiae, atque Lythadis Megalopolitani exemplo mallet tanta gentis cum laude, & honore esse prator, quam cum periculo, & invidia unius tyranni civitatis. Assensus Aristomachus mandavit, ut quinquaginta talenta sibi Aratus mitteret, quod abolveret & dimitteret milites suos. Tyrannide deposita, anno post Achaorum prator creatus est. At postquam Antigonus potius est Aecorochin, Aratus prator ab Argivis creatus, suavitatis ut Antigono tyrannorum, & proditorum pecunia donata, Aristomachus Cenchraeis exercituum submergeret. Qua de causa pessime audivit Aratus. *Plut. in Arato.*

Bello Mutinensi cum Hircius in acie, Panisque paulo post ex vulnere periissent, rumor increbuit, ambos Consules opera Augusti Caesaris occisos: ut Antonio fugato, Republica Consulibus orbata, solus victoribus exercitus occuparet. Panis quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulnere indidisset. Adiciit hic Aquilius Niger, alterum est Consulibus Hircium in pugna tumultu ab ipso in-teremptum. *Suetonius.*

Theodoricus Ostrogothus, tota Italia fere occupata, Odoacrem regem Herulorum Ravenna obsidebat. Obfessi fame, obsidentes desperatione agebantur. Tandem cum Theodoricus perisset, ut aequo cum Odoacre imperio Ravennam & regnum Italicum obtineret, Odoacer assensus est. Ita is in hanc conditionem fodere, Theodoricus obsidionem laxavit, ac primum Classe oppidum inivit, deinde Episcopo cum Clero, & Sanctorum reliquis omnium procedente, Ravennam, a suis rex acclamatus, intravit, ac secum Odoacrem in Palatio, quod Hilaurum appella- batur, amicum, ac familiariter habuit. Post aliquot dies, ut apparet, quam infida omnis regni esset societas, eundem, partem Italiam ex federe pacti sibi attribui postulantem, ad convivium invitavit: atque infidias sibi ab eo paratas criminatus, ut ipsum cum filio, ac primo-ribus ejus per dispositos facios interfecit. *Signonius lib. 15. Imp. occid.*

CALUMNIIS, CRIMINATIONIBUS.

L. Sylla, occupata urbe, pulsoque Mario, quod odium plebis leniret, Consulatum creavit ex adversis partibus L. Cinnam devotionibus, & jurejurando adactum, pro se facturum. At initio magistratu actum moliri cepit res novas, ac iudicium Syllae est machinatum, accusatoremque apposuit unum ex Tribunis plebis Virginium. Quo ille una cum subfellis relicto, contra Mithridatem est profectus. *Plut. in Sylla.*

C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset, & jam septimum annum post praturam jaecret, neque petiturus unquam consulatum videretur, Q. Metellum, cujus legatus erat, summi virum, & civem, cum ab eo Imperatore suo Romam missus esset, apud pop. Rom. criminatus est bellum illud ducere, si se

Confulem fecissent, brevi tempore aut vivum, aut mortuum A Jugurtham se in potestate pop. Rom. redacturum. Itaque factus est ille quidem Consul: sed a fide, justitiaque discedit, qui optimam, & gravissimum civem, cujus legatus & a quo missus erat, in invidiam falso criminare adduxerit. *Cic. lib. 3. Offi.*

EJECTIONE.

C. Jul. Caesar lege Agraria promulgata, obnunciantem col- legam M. Bibulo armis foro expulit. Ac postero die in Se- natu conquectum, nec quomquam reperto, qui super tali con- sternatione referre, aut censere aliquid auderet, in eam coegit desperationem, ut quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnunciaret. Unus ex eo tempore om- nia in Republica, & ad arbitrium admittitavit: ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, non Casare, & Bibulo, sed Julio, & Casare Coss. actum scri- berent, vis eundem praeponentes, nomine, atque cognomine, ut vulgo mox ferrentur hi verus: *Non Bibulo quicquam nuper, sed Casare factum est: Nam Bibulo fieri Consul non memini, Suetonius*

B ERGA SOCIOS, ET CONFEDERATOS, AUXILIARI PERFIDI IN GERENT.

Conradus Germanorum rex, anno 1147. & Ludovicus Francorum rex, cum exercitu ducentorum millium Con- stantinopolim venerant. Ibi recreato opportuna Manuelis Imperatoris affinis liberalitate exercitu, mare trajecere: ac- cepitque itineris ducibus Graecis nonnullis, in Lycaoniam se ad Iconium duci, quod a Saracenis tenebatur, praecepe- re. Graeci vero sine iustis Imperatoris, five odio nationis, five invidia laudis adducti, Ludovicum in Cappadociam lon- ge diverso itinere per desertum, ac difficilia loca duxerunt, in quibus acerba omnia incommoda exercitui perpetenda fuerunt. Nam Athiaci mirificam in praebendis commatibus malignita- tem adhibuerunt, siquidem clausis oppidorum occurrentium portis non solum anguste cibum de muris ingenti ante accepta pecunia porrexerunt, sed panem etiam gypso tabefactum deserunt. Itaque aliis inedia, aliis morborum gravitate ab- sumptis, reliqui irumpentibus recenter Saracenis objecti, C eorum sustinere impetum nequeverunt, atque in fugam conversi plerique aut capti, aut intercepti sunt. Sed & commate specie gypsum farina immiscuere Graeci, ita ut brevi magna militum pars interierit. Qua calamitate ac- cepta Conradus retrò ite converterit, atque Episcopus pro- gressus, inde Constantinopolim versus vis cum decima co- piarum parte descendit. Proinde cum Manuelis nomen Francis odiosissimum esse coepisset, qui Christianis tam exi- tiale, ac pestiferum consilium dederat: Rogerius Sicilia rex bellum illi indixit, indictum forter gessit, vastata omni ora Graeciae: & tandem per suos duces in Byzantium, im- petum fecit, quo adeo ingenti classe exercitum traduxit, ut suburbia igne, & flamma consumeret, in Imperatoriam do- mum, regioque hortos, sagittas argentatas, aureasque mitte- ret, ac omnia finita loca incendio devaeraret. Sic e manibus Barbarorum incolumem Ludovicum Francorum re- gem sanguineum etripuit, ut in Franciam rediret. *Signonius lib. 11. regi Italici.*

In expeditione Hierosolymitana, Petri Eremitae ductu incepta, dum in Lycaonia stativa ceteri habent, Balduinus Belga (is, qui postea Hierosolymitanus rex creatus est) D & Tancredus Apulus (qui Ciliciam virtute sua meruit) e castris cum suis uterque turmis ad tentandas posteriores urbes profecti, recepta Lycia, Pamphiliisque diversis abeunt. Apulus Ciliciam petit, & Tarsum delectibus oppidanis, victis prius Turcis, occupat. Superveniens Belga, cibo relictus, conspicitur signa Apuli in hostium muris: atque inde con- troversia orta, quod admitti se in partem recipiendi oppidi opulentissimi aequum censebat, nec communi militia prae- cipuam esse Apulorum causam. Et parum absuit, quin utrius- que miles a controversia verborum ad arma descenderet, la- ro Turcis spectaculo. Cives Tancredi aequos erant, sed terribi Belgarum minis, amoti Apuli signis, Balduini signa in turbibus posuere. Apulus Belgae copias impar, fremens, frendentem ad alia oppida bellum circumtulit. Trecentaria interem cohortes a Tarenino ad Apulum milia sub eam sorte noctem, quae diem receptu vix insecuta est, Tarsum pervenit, rata Tancredum se ibi inventurum. Ubi profectum accepit, Balduinum orabant, ut nocte opprimente se moribus recipere, Ingressi prohibuit: tantum cibaria in cenam per- fuses in sportis demisit. Sub dio pernoctarunt, ignari urbis

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

partem a Turcis obtineri. Labore itineris fessi, ciboque graves, sine metu temere corpora fomno sternunt. Turca E silentio noctis conglobati, mœnibus egrediuntur. Offen- dunt corpora hominum passim jacentium, non ambigua fi- de hostes eos esse. Caedes nullo negotio velut muti peccoris fa- cta, ad unum omnes interempti. Continuo accensus ira mi- les, vociferantque fortissimos commilitones a Balduino pro- ditos hostibus, quod ingressi eos urbis arcuisset, malum il- linitabatur, nec furor militaris prius sedari potuit, quam fide facta, Balduinum a Tarsensibus jurejurando adactum an- te ducem adventum nullam praeterea manum in urbem se in- troducturum. Jam Apulus vicis, castelliisque quamplurimis partim vi, partim voluntate receptis, Manufram urbem va- lidissimam, ditissimamque, impetata facere abnuentem expu- gnarat, militemque suum locupletarat, cum rursus Baldui- nus affuit, partem istius etiam praedae poscens, ut bello, ex- peditioneque communi. Nova ira pristinae addita indignationi, virum impigrum, ingentisque spiritus acris incendit. Repentinum impetum in castra Belgarum nondum permunita facit, caedemque edit. Cum ad arma conclamatum esset, viribus inferior, coactus est recipere se in urbem. Interea ira mitescente, cogitatio fraterni nominis, commilitumque animos F subiti, reconciliavitque. Comprehensive redditu, ac dextra in- terjuncta. *Amilius libro 4.*

IN SPECIE, Videlicet Occidentia.

Saul rex Gabaonitas, contra Saedus, quod Josue cum illis percuisset (*Josue 9.*) ad interfectionem perducere conatus fuerat, ut Judaeis, & Israelitis gratificaretur, indignè ferentibus solos illos ex Amorrorum reliquiis inter Israelitas superesse. Propter id facinus, mortuo Saul, fames & sterilitas ex sicca- tate maxima universos Israelitas triennio integro afflixit. Con- sulto oraculo, responsum tulit rex, expiandum esse Sauli fa- cinus contra Gabaonitas. David ergo petentibus Gabaonitis septem de Sauli familia superlites mares dedit: quos illi ad Gabaam in monte crucifixerunt, duos nimirum Kephah con- cubinae ex Saul filios, Armon, & Mephiboseth: & quinque fi- lios Adrielis Bercezzai ex Michol Sauli filia. Quibus crucifi- xis, fames cessavit. *2. Reg. 21.*

Diodorus, Tryphon cognomine. *Vide supra, Tuto- res erga pupillos perfidi.*

Alcimus sacerdos cum pessimis ex Israel ad Demetrium Asiae regem defecerat: & coacto exercitu cum Bacchide regis praefecto venerat contra Judam. Tunc Athydeis, qui de stirpe Israelis erant, amicum se ostendens, juravit ni- hil se mali illis illaturum. Sic deceptos, atque evocatos cum comprehendisset, sexaginta ex ipsis die una necedit. *Ma- rul. l. 2. c. 6.*

Mithridates Ariobarzani praefecti Joniae filius, pollicitus erat regi Artaxerxi, se Datamen interfecturum, si ei rex promitteret, ut quodcumque vellet, liceret impunè face- re, fidemque de ea re, more Persarum, dextram dedisset. Hanc ut recepit a rege, copias parat, & absens amici- tiam cum Datame facit. Defecerat autem a rege Datames, & Paphlagonia occupata, omnibus praelis superior fuerat. Ergo Mithridates regis provinciam vexat, castris expugnat, magnas praedas agit: quarum partem suis disperit, partem ad Datamen mittit: pari modo complura castris ei tradit. Haec diu faciendo, persuasit homini, se perpetuum adversus regem suscepisse bellum. Interea quoque, ne quam suspicio- nem illi praeberet insidiarum, neque colloquium ejus petivit, H neque in conspectum venire studeat. Sic absens amicitiam ge- rebat, ut non beneficiis mutis, sed odio communi, quod erga regem susceperat, contineri videretur. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorum fecit Datamen, tempus esse majores exercitus parari, & bellum cum rege suscipi: de qua re, si ei videretur, quò vellet, in colloquium veniret. Pro- bata re, colloquendi tempus sumitur; locisque, quò conveniret. Huc Mithridates cum uno, cui maximam habebat fi- dem, ante aliquot dies venit, compluribusque locis separatim gladios obruit, eaque loca diligenter notavit. Ipso autem col- loquendi die utriusque locum, qui explorarent, atque ipsos feruntarentur, mittunt: deinde ipsi sunt congressi. Hic cum aliquandiu in colloquio fuissent, & diversi discessis- sent, jamque procul Datames abesset: Mithridates, prae- sumptam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat positum, confedit, ac si praesentem cuperet quiescere, Datamenque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum: interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina,

O 4 veite